

dicans quod natura et boni mores accusant  
Te dilexisti magis facere iniusticiam quam  
loqui equitatem  
Tu insuper anxius et dolosus  
dilexisti omnia verba precipitationis et  
dolositatis ad precipitandum in morte suos  
dei. Propterea deus destruet te in fine  
eternis supplicijs deputado hinc permutat te ad  
modicum regnare. Hinc modo destruet. quoniam  
per mo euellet te tanquam pestiferam flammam aufe-  
redo a te dignitate tua et per hoc faciet te transi-  
re de hac gloria vana in quam es ad tempus et de  
tabernaculo tuo. id est domo tua: statum tuum  
et finaliter te et radicem tuam. id est complicem tuos  
ministros dyaboli euellet de terra viuente  
tuum. quia cum scias dei nec dyaboli nec anti-  
christi nec sequaces eorum habebunt aliquam portio-  
nem. **Dei** debuit iusti hanc anti-  
christi iustissimam delectationem et destructionem  
et timebunt deum timore reuerentiali. et  
iusticiam laudantes et red-  
dunt super anti-  
christum et merito quoniam scia dei pa-  
tientia a peccato hominis iniqua voluntate precepta  
et iridentes eum de supbia sua dicent ecce  
homo qui non posuit deum adiutorem suum non  
credidit quod indigeret dei auxilio sed se deum fecit.  
**Sed** sperauit in multitudine diuitiarum  
suarum auri et argenti et potentie et glorie  
quas male adquisiuit et per quas multos ad  
se traxit et preualuit in vanitate sua in  
mundiali populo. preualuit in malicia sua quia  
nullus impiorum tot fideles decipiet et sanctos per-  
sequetur. et ideo merito super eum bec predicta  
descendet.  
**Propheta** in persona fidelis populi ait sic. an-  
ti-  
christus et sequaces sperant in diuitijs et in vanis  
rebus. non sic ego nam ego **Sicut** oliua que omni-  
tempore viret fide fructifera bonis operibus in do-  
mo dei. in ecclesia sancta dei speraui in mi-  
sericordia dei que duratura est in eternum  
et in seculum seculi. **Confitebor** tibi professio-  
ne laudis perpetuo quod fecisti non ex meritis  
meis sed ex misericordia tua ipsa que dicta sunt  
scilicet quod oliua fructifera in domo dei et quod spe-  
ro in misericordia dei et expectabo rez nois  
tui quod est iesus. id est saluator meus quoniam no-  
men tuum bonum est. dulce et hinc in conspe-  
ctu sanctorum tuorum impijs vero terribile et hor-  
rendum.

rendum.

**Psalmus. CII.** in quo propheta con-  
solatur fideles contra persecutores  
suos.

**Dixit** insipiens  
id est iudeus vel anti-  
christus vel  
aliquis de familia sua in cor-  
de suo non est deus. id est christus que dicitur fuit deus.  
vnde est que hinc de homine multi dicunt. quia scilicet cor-  
rupti sunt ab omni vi rationis in qua verbo omnes  
beretici notati sunt. nam deo recte non credidisse  
corruptio est. et quia a mala fide itur ad ipse  
mores et in acerumas iniquitates sic abomi-  
nabiles facti sunt deo in desiderijs suis  
et non est de illis reprobis qui faciat bo-  
num meritorium quod fieri non potest sine fine per dile-  
ctionem operante.

**Pro** examinanda veritate **Domini** per sanctos  
viros celestes que examinatores veritatis. faci-  
et perspicere super filios hominum. ut vi-  
deri siue sciri faciat si est aliquis ex illis  
intelligens vera cognitione dei aut recta ope-  
ratione requirens deum.

**Omnes** filij hominum que in nepharis persuasi-  
onibus excecant omnes declinauerunt a recti-  
tudine iusticie hinc inepti facti sunt ad plecu-  
tionem vite eterne non de numero illorum incredu-  
lorum est qui faciat bonum meritorium usque  
ad vnum. **Nonne** cognoscent se ipse age-  
re isti qui operantur iniquitates vniuersis co-  
gnoscent penarum expiatio. que fideles domini lani-  
are intendunt. que per mandata eius viduas oppri-  
munt pupillos expoliunt que malicie dentibus ple-  
bem meam assidue et delectabili ac si cibum  
panis comederet de glutunt et consumunt  
**Et** merito hoc eis accidit quoniam **Deum** non in-  
uocauerunt intus in corde per eternis bonis  
quia in eum non crediderunt illic trepidauerunt  
timore. scilicet ne ad precepta felicitate fraudenti-  
ne diuitijs minus fruamur inuenis ne adquisit  
puenit bonorum vbi non erat timor iustus.  
quia omnia ista humana conuisione sunt relique-  
ba. illa vero non cogitant per que verissimo in-  
more torquedi veniunt in eternis  
**Quare** trepidauerunt vbi non fuit timor. que

niam deus dissipauit virtutes eorum  
qui hoibus placere querunt et non deo.  
quod sceleratorum specialiter esse dinoscitur tales  
confundentur quia a regno dei sepabuntur  
quonia deus spreuit eos quod specialiter  
respicit iudeos qui timetes ne locum perderent oc-  
ciderunt christum. Ad quos iudeos conuersus p-  
phetas ait. O stulti iudei. Quis dabit ex si-  
on ex gente nostra iudeorum salutem israel.  
nullus nisi iste quem negastis esse deum iste solus  
dabit qui cum auerterit. i. per amouerit ca-  
ptiuitatem omnes fideles a paradiso ex-  
ules. et qui captiui habentur in die iudicij ad  
beatam patriam reducuntur exultabit iacob  
i. credentes iudei et letabitur israel. i. oes  
qui mente videt deum.

**Psalmus. CIII. in quo docetur vir  
iustus in aduersis laudare deum**

**Orat propheta in persona viri iu-  
sti dicens.**

**D**eus in virtute no-  
minis tui a me inuocatus sal-  
uum me fac scio quod non est aliud  
nomen sub celo nisi tuum in quo oportet nos  
saluos fieri et in futuro iudicio ubi in male-  
statis tue virtute apparebis secerne me  
a massa perditorum. **D**eus exaudi oratio-  
nem meam tacita et etiam verba oris mei  
vt iam non solum cordis instinctu. sed etiam  
voci exaudias affectum qui desidero a malis  
liberari percipe dicit quia illa prope percipere di-  
citur qui mentis archano recondunt  
**D**eus oro. quonia mali alieni a deo fide et o-  
peribus insurrexerunt aduersum me et  
liuore insane mentis armati quesierunt vitam  
meam et sanctorum perdere qui non pro-  
pulerunt deum ante conspectum suum ignorare  
deum credentes qui scelerata mente conceperunt. **E**c-  
ce gratias ago deo meo quod oratio mea exau-  
dita est quonia deus adiuuat me laborantem  
et ferre patienter qui impij super me nitentur  
ingerere. adiuuat autem homo quonia suscep-  
tor est anime mee. etiam si caro mea pericul-  
exponatur ad tempus. **R**uerte mala ab  
inimicis meis aduersum me cogitata et

in virtute tua disperde illos ne possint  
perficere qui cogitauerunt contra me.

Ego vero ne ingratus videar. **V**oluntarie  
sacrificabo tibi puritate bone mentis ti-  
bi offerendo et confitebor nomini tuo  
confessione laudis. quoniam bonum est  
imo eo nihil melius inuenio. illi enim velle  
laudare deum inestimabile bonum est. unde et  
mens sancta reficitur et mundi istius aduer-  
sitas effugatur.

**D**eus confitebor nomini tuo **Q**uonia ex  
omni tribulatione eripuisti me in pre-  
terito. et ita spero quod facies in futuro et super  
inimicos meos florentes oculis meis  
sursum tendens mente rapta ad deum  
quasi cito arescentes despexit.

**Psalmus. CIII. in quo de passi-  
one christi.**

**Oratio christi ex forma serui**

**E**xaudi deus ora-  
tionem meam et ne despe-  
xeris deprecatorum meam quod ex  
mandato tuo infirmitatem carnis suscepi in-  
tende mihi et exaudi me.

**E**t ideo oro quia **C**ontristatus sum in exerci-  
tatione mea quam pro mundi salute suscepi. **V**idelicet  
predicando. miracula faciendo. infirmos  
sanando. sed in hac exercitatione **C**ontristatus  
sum eo maxime quia inde fructus iusticie  
perdi non potuerunt afferre. ob bonitatem pijsissimi  
creatoris. vt se contristatum et turbatum di-  
cat quod predicationibus saluberrimis obstinatus  
populi vesania non credebat. insuper turbatus  
sum a facie inimici populi iudeorum dicentis. si  
rex israel est descendat de cruce et credimus ei. et  
a tribulatione peccatoris qui me a lapidibus  
flagellis cedebant. ore sacrilego conspuebant  
spinis coronabant. cruci affigebant.

**D**eriso a voce inimici turbatus sum. **Q**uonia  
am declinauerunt in me iniquitates  
preferentes super me mendacia et falsa testimo-  
nia cuius furentis populi imperator quasi fluminis  
cursus erat in me. quia nullam volentes recipere  
rationem. effusionem sanguinis innocentis expe-  
tebant et in furore suo molesti et seueri